

PROF. JOHANNES HORNEIUS

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1625 in Helmstedt
Gestorben	1668 in Helmstedt
Kurzvita	Phil. Prof. d. Physik in Rinteln (1649–1650); Phil. Prof. d. Geschichte und Poesie in Helmstedt (1650–1655); Phil. Prof. d. griechischen Sprache in Helmstedt (1655–1668);
Ehefrauen	Margarete Elisabeth Horneius geborene Tappius (03.03.1633–04.05.1702), Heirat 1653
Quelle	
GND	https://d-nb.info/gnd/129388327
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-112-horneius

Lehrstühle

1649–1650 Lehrstuhl für Physik, Rinteln

1650–1655 Lehrstuhl für Geschichte / Poesie, Helmstedt

1655–1668 Lehrstuhl für Griechisch, Helmstedt

Vorlesungen (35)

Ioannes Horneius, Histor. & Poes. Prof. postquam Historiae Romanae enarrationem, Eutropij Compendio usus, usque ad annum V. C. DCXLVII. perduxit, in eadem pertexenda perget; atque ubi ad Imperatores Rom. pervenerit, C. Suetonij librr. de Caesaribus publice interpretabitur. [...], Sommersemester 1652

[...] Idem quoque privato labore Historiar. & Poetices studiosos pro virili adjuvabit., Sommersemester 1652

Ioannes Horneivs Historiar. & Poes. Prof. postquam praecipua historiae Romanae capita ex optimis scriptoribus proposuit, hoc semestri res ab orbe condito usque ad Christi nativitatem gestas, studiosae juventuti enarrabit. Idem cum hisce lectionibus, nisi temporis angustia obstiterit, conjunget nobiliorum Val. Martialis Epigrammaton explicationem. Docet hora quinta., Wintersemester 1652/1653

Ioannes Horneivs Historiar. & Poes. Prof. postquam praecipua historiae Romanae capita ex optimis scriptoribus proposuit, hoc semestri res ab orbe condito usque ad Christi nativitatem gestas, studiosae juventuti enarrabit. Idem cum hisce lectionibus, nisi temporis angustia obstiterit, conjunget nobiliorum Val. Martialis Epigrammaton explicationem. Docet hora quinta., Wintersemester 1652/1653

Ioannes Horneius perget in illa, quam inchaovit, historiae universalis enarratione, cui etiam elegantium poematum quorundam explanationem subjunget., Sommersemester 1653

Ioannes Horneivs in commemoratione rerum illustrium toto terrarum orbe gestarum, quam ad annum Servatoris nostri CCL. jam tum perduxit, ulterius progredietur. Idem seorsim aut C. Velleij Paterculi aut Cornelij Nepotis libellum explanabit. Docet hora quinta., Sommersemester 1654

[...] atque ad lectiones poeticas, si per angustiam temporis licuerit, revertetur., Sommersemester

1655

Ioannes Horneivs in narratione Historiae universalis, ad seculum a Christo nato XI. derivatae, perget, eaque absoluta varias historias tractabit, [...], Sommersemester 1655

Ioannes Horneivs Luciani, disertus illius lepidique scriptoris, dialogos quosdam, multiplex doctrina & sermonis suavitate insignes, publice explanabit. Idem quoque Homero nona interpretabitur. Docet hora secunda., Sommersemester 1656

Joannes Horneivs Tragoediam quandam Euripidis interpretabitur. Idem explicabit nona veterum poetarum epigrammata Graeca, ex Anthologiae libris sparsim collecta., Wintersemester 1656/1657
 [...] Idem exponet Xenophontis libr. ἀπομνημονευματων., Sommersemester 1657

Joannes Horneivs Epigrammata Graeca veterum Poetarum, ex Anthologia libris sparsim collecta, quorum explicationem negocia academ. Vice Rectoratus hactenus impediverunt, publice interpretabitur. [...], Sommersemester 1657

Joannes Horneius antiquitates Graecas hinc inde ex optimis Autoribus Graecis collectas studiosae juventuti proponet atque interpretabitur. Idem Idyllia quaedam Theocriti explicabit., Sommersemester 1658

Ioannes Horneivs Graecar. lit. Professor, orationibus Basilij M. de jejuniis absolutis, alterius cujusdam antiqui, probatque Autoris Graeci scriptum, quod in manibus studiosae juventutis esse intellexerit, publice interpretabitur. Docet hora nona., Sommersemester 1659

Ioannes Horneivs Plutum, optimam illam facundissimi atque in dicendo suavissimi Aristophanis comoediam, eaque absoluta, orationem quandam Basilij M. explicabit. Idem confessionem Orientalis Ecclesiae a Metrophane Critopulo antehac in Acad. Iulia Graece conscriptam, cum latina interpretatione publicabit. Docet hora IX., Wintersemester 1659/1660

Ioannes Horneivs explicationi aliquot priorum Iliad. Homer. librorum ad finem perducta, Dionis Chrysostomi elegantes quasdam ac perbreves orationes, seorsim quondam hic typis exscriptas, publice interpretabitur. [...] Docet hora nona., Sommersemester 1660

[...] Idem exercitium carmina Graeca contexendi, haut ita pridem in gratiam quorundam Poesios Studiosorum institutum, continuabit., Sommersemester 1660

Ioannes Horneivs Aristophanis Comoediam quandam venustiore publice interpretabitur. Idem quoque orationem aliquam Isocratis, quam in manibus Studiosorum esse intellexerit, explicabit., Sommersemester 1661

Iohannes Horneivs in interpretatione Oratione is Areopagiticae Isocratis, nuperrime caepta, perget, eaque ad finem perducta, Tragoediam quandam Euripidis explicabit. [...], Wintersemester 1661/1662

[...] Idem quoque exercitium scribendi epistolas Graecas, non ita pridem in gratiam studiosae juventutis institutum, continuabit., Wintersemester 1661/1662

Joannes Horneius simul atque Orationem Isocratis Areopagiticam absolverit, Epigrammata Graeca veterum Poetarum ex Anthologiae libris sparsim collecta publice interpretabitur. Idem subinde in epistolis & carminibus graec. contexendis Studiosam juventutem porro exercebit., Sommersemester 1662

Iohannes Horneivs simul atque Luciani de Calumnia libellum, cujus explicationem haud ita pridem auspicatus est, absolverit, Musaei vetustissimi venustissimiq; Poetae Graeci Erotopaegnion Herus & Leandri publice interpretabitur. Idem quoq. orationem quandam Basilij M. explanabit. Docet hora tertia., Wintersemester 1662/1663

Iohannes Horneivs ubi Comoed. Aristophan. interpretationem absolverit; aliquot priores Iliad.

Homer. libros explanabit. Idem quoque studiosae juventuti antiquitates Atticas nec non praeclaiora Laconum tradet instituta., Sommersemester 1663

Ioannes Horneivs quam primum per negotia magistratus quem jam gerit licuerit unam atq; alteram Basilii M. oratione interpretabitur. Idem elegantiora quaedam veterum Poetarum epigrammata Graeca explanabit. Docet hora tertia., Wintersemester 1663/1664

Johannes Horneivs unum atque alterum elegantiozem Luciani libellum interpretabitur. Idem Antiquitates quasdam Graecas ex optimis autoribus Gr. sparsim collectas studiosae juventuti proponet atque illustrabit., Sommersemester 1664

Ioannes Horneivs orationem unam atque alteram Basilii M. praecipua ver De Vtilitate ex Gracis litteris capienda perscriptam, atque hic nuper seorsim editam, publice interpretabitur. Praeterea quoque aliquot Homeri librr. explicabit., Wintersemester 1664/1665

Ioannes Horneivs, absolutis iis quae in Homero restant explicanda, elegantiores quasdam Maximi Tyrii, Platoniorum mellitissimi, [...], Sommersemester 1665

[...] Dissertationes Philosophicas publice interpretabitur, easdemque in usum Studiosae Iuventutis hic seorsim edendas curabit., Sommersemester 1665

Ioannes Horneivs eruditas aliquot & perelegantes Dionis Chrysostomi commentationes publice interpretabitur. Idem quoque nona Plutarchi aut aliorum optimorum scriptorum Gr. opuscula, quae in manibus studiosorum esse intellexerit, explanabit., Wintersemester 1665/1666

[...] Elegantiores etiam aliquot Luciani Dialogos Studiosae Juventuti explanabit., Sommersemester 1666

Joannes Horneivs unam atque alteram Euripidis Tragoediam publice interpretabitur. [...], Sommersemester 1666

Ioannes Horneivs postquam Cyclopi fabulam ex Euripide publice explicavit, deinceps alium ex praestantioribus Poetis Graec. interpretabitur. Conjunget cum Poetarum interpretatione etiam Tabulae Cebetis nec non aliorum optimorum Scriptorum Graecorum, quos in manibus Studiosorum esse intellexerit, explicationem., Wintersemester 1666/1667

Joannes Horneivs praeter aliquot Homeri libros elegantiora quaedam vel Theocriti idylla, vel aliorum poetarum epigrammata explanabit. Xenophontis etiam libr. de dictis & factis memorabilibus Socratis interpretabitur., Sommersemester 1667

Joannes Horneivs elegantiores nonas veteris cujusdam Tragici Graeci, quem in manibus studiosorum esse intellexerit, Tragoedias publice interpretabitur. Idem, si per temporis angustiam fieri poterit, istorum quoque Graecorum autorum explicationem subjunget, quorum interpretationem superiore semestri Homericae praelectiones., Wintersemester 1667/1668

Joannes Horneivs simul atque interpretationem Tragoediarum quarundam Euripidis aliorumque Graecorum Tragicorum absolverit, orationem unam atque alteram Isocratis publice explanabit. In epistolis etiam & carminibus graec. contexendis studiosam juventutem exercebit., Sommersemester 1668

Dissertationen (4)

De Praecipuis Quibusdam Diebus Festis Atheniensium Dissertatio, 12.05.1660. VD17 23:246903X

De Potentia Et Actu Disputatio Metaphysica, 31.05.1660. VD17 3:021970N

De Triumphis Romanis Dissertatio, 08.10.1659. VD17 23:238728T

De Naturae Et Constitutione Primae Philosophiae Disputatio, 12.06.1649. VD17 23:267036B

Beteiligung an Dissertationen (1)

Respondent in: Scheurl Heinrich Julius (Präses): De Potentia Et Actu Theses Metaphysicae, 07.11.1646. VD17 23:256384C

Reden und Programme (3)

Johannes Horneius: Programma In Funere Praestantissimi Iuuenis Henrici Lotichii, Joannis, Celeberrimi Icti & Acad. Iuliae quondam. VD17 23:261183R

Johannes Horneius: Programma Ad Studiosam Iuventutem In Illustri Acad. Iulia P.P. Festo Michaelis Archangeli. VD17 23:232571L

Johannes Horneius: Programma Ad Bonarum artium Studiosos: Cum interpretaturus esset Maximi Tyrii Dissertationem XV. VD17 23:284437Z

Beteiligung an Reden und Programmen (5)

contributor in: Valentin Heinrich Vogler: Clarissimi Viri Joannis Horneii Opt. art. & Philos. Magistri, atque in acad. Rinthelensi Professoris Publici, e Iulia abeuntis, Propempticon. VD17 23:316447U

contributor in: Paul Bergmann: Programma Publicis Disputationibus Politicis inclytæ nostræ Facultatis Philosophicæ indultu habendis præmissum. VD17 23:686798E

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma In Funere Venerabilis Pervili Joannis Theodori Clarissimi Viri Joannis Horneii Philos. M. & Græcarum litterarum in academia Julia Professoris publici & ordinarii Filii Die III Septembris, anno MDCLXVI, defuncti P.P., 16.08.1668. VD17 23:261071P

contributor in: Heinrich Christoph Jani: Programma Quo Humaniorum literarum & Eloquentiæ Studiosi ad Praelectiones de arte dicendi iuxta Aristotelem publice habendas invitantur. VD17 23:250194X

contributor in: Johann Wilhelm Engelbrecht: Programma Publicis Praelectionibus Moralibus Præmissum In Academia Iulia, 10.06.1701

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	31.12.1652
Text	Anno MDCLIII Mense Ianuar. ut primum per horam V. vespertinam in commoditate licuit, redii ad officium meum, eiusque functionem ad finem huius mensis sedulo continuans, præcipuae in gestis Regum Romanorum explicandis occupatus fui / Unicam lectionem valetudo tenuior impedit / Magister Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 96
Zeitraum	31.01.1653
Text	Anno MDCLIII / Mense Februari altero post festum Purificationis die ad historiam secundae monarchiae progressus / illam in Xerxis tempora deduxi / Ut licet rebus a Cyro, Cambyse et Dario gestis diutius aliquanto quam caeteris, immoratus sim / nihilominus tamen varias Reipublicae Romanae mutationes ut et aliarum gentium ἀξιολογηθέντα σύγγραφα breviter percurri / Omnibus huius mensis diebus, lectionibus publicis destinatis functus sum officio meo [v] excepto quatrinduo, quod Academiae Iuliae immunitatibus eiusque aedificiis describendis impendere a magistratu academico iussus sum / Sub finem huius

	mensis die nimirum XXIV sponsalia a me facta sunt / Magister Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 97
Zeitraum	28.02.1653
Text	Anno MDCLIII / Mensis Martii plerique dies impendendi fuerunt haereditati a parentibus relictæ inter me, sorores ac fratres adhuc impuberes diuidendæ / Unde adeo factum, ut cum hoc tum alia negocia me quamvis invitum, iusto diutius a consueto labore retraxerint / Quidquid autem operæ a me prætermisum sit, illud post nuptias brevi celebrandas, industria mea, auxiliante Deo, compensabit.
Quelle	37 Alt 204, H.1, 98
Zeitraum	31.03.1653
Text	Anno MDCLIII / Mense Aprili feriae quas Pascha nobis indulgebat et præterea nuptiarum mearum apparatus in fine huius mensis facta, prohibuit, quo minus officio meo, ea qui volebam et par erat, ratione fungi liceat / Magister Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 136
Zeitraum	30.04.1653
Text	Anno MDCLIII / Mense Maio in historia Secundæ ut vocant, Monarchiæ occupatus, deduxi eam usque in aetatem Artaxerxis Longimani / Quanto autem brevius res minoris momenti pertractavi, tanto prolixius alias cognitu obsecatus [?] digniores persecutus sum / Aliquot lectiones festum Pentecostales sufflaminavit / Magister Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 137
Zeitraum	31.05.1653
Text	Anno MDCLIII / Mense Iunio cum ferias Pentecostes aliae quaedam eaeque publicæ et Academicæ festivitates, sese invicem statim subsequentes, exciperent, non potui equidem labores consuetos una atque altera hebdomade istis solennibus interpellatos, continuare / Mox tamen redii ad officium atque historiam secundæ monarchiæ ea qua exorsus fueram, ratione pertexui / Magister Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 138
Zeitraum	30.09.1653
Text	Anno MDCLIII / Mense Octobris explicato iam tum ante libello isto de spectaculis singulari, auspicatus sum interpretationem aliorum Martialis Epigrammatum et cum publicis hisce lectionibus quotidie Metaphysicas privatim continuans absolvi. Non prætermisi diem huius mensis ullum lectionibus destinatum, quin studiosam iuventutem docuerim / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 99, 127 (Duplette)
Zeitraum	31.10.1653

Text	Anno MDCLIII / Mense Novembris perrexi in explicandis selectioribus Martialis Epigrammatis e pariter in nonnullorum philosophiae moralis studiosorum gratia / privatim collegium quoddam Ethicum aperui / In hisce per integrum mensem sedulo fui occupatus / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 117, 118
Zeitraum	30.09.1656–31.10.1656
Text	Anno MDCLVI Mense Octobri / Finitis feriis festi Michaelis quinque lectiones priores negociis quibusdam impeditae sunt, quas omnes postea illis diebus quibus per statuta Academiae a praelectionibus feriari licebat, docendo compensavi / Die autem XXI. huius mensis inchoavi interpretationem Heculae Tragoediae Euripidis in qua explicanda citra ullam intermediam dilationem progressus diebus XXIII, XXIV, XXVII, XXXIIX, XXX, XXXI absolvi versus Philosophi illius scenici CXXIIX / Ioannes Horneius.
Quelle	37 Alt 2489, 52, 53 (Duplette)
Zeitraum	31.10.1656–28.11.1656
Text	Anno MDCLVI Mense Novembri / Coeptam superiore mense interpretationem Euripidis continuavi die IV (nam tertio die huius mensis raucedine impedibar) / Perrexi in eadem die VI, VII, X, XIV, XX, XXI, XXIV, XXV, XXVII, XXIX & perveni usque ad versum Tragoediae CCCCXLIV / Diem huius mensis XI inauguralis Disputatio Berkelmanni, & XIII diem actus solennis Promotionis in Facultate Medica, & denique XVII & XIIX diebus nundinae oppidanae exemerunt. Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 204, H.2, 82
Zeitraum	04.11.1656–28.11.1656
Text	Anno MDCLVI Mense Novembri / Coeptam superiore mense interpretationem Euripidis continuavi die IV (nam tertio die huius mensis raucedine impediabar) / Perrexi in eadem die[bus] VI, VII, X, XIV, XX, XXI, XXIV, XXV, XXVII, XXIX et perveni usque ad versum Tragoediae CCCCXLIV / Diem huius mensis XI inauguralis Disputatio Berkelmanni, / et XIII diem actus solennis Promotionis in Facultate medica / et denique XVII et XIIX nundinae oppidanae exemerunt. / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2489, 51
Zeitraum	30.11.1656–19.12.1656
Text	Anno MDCLVI Mense Decembri / docui die[bus] I, II, III, V, / Diem IIX, IX, XI, XII, & XIX in feriis Nativitatis Domini continuans interpretationem Euripidis perveni usque ad versum septingentesimum / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 204, H.2, 83
Zeitraum	01.12.1656–19.12.1656
Text	Anno MDCLVI Mense Decembri / docui diebus I,II, IV, V / Item [diebus] IIX, IX, XI, XII & XIX / in feriis Nataliis continuans interpretationem Euripidis perveni usque ad versum septingentesimum. / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2489, 49, 50 (Duplette)

Zeitraum	30.11.1656–30.11.1656
Text	Negociis academicis posteriori hoc ViceRectoratus mei trimestri ita perpetuo districtus fui, ut lectionibus publice vacare non potuerim. Ioannes Horneius per tempore ViceRector scriptum sub initium mense Quintilio Anno MDCLVII
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 32
Zeitraum	31.12.1656–28.02.1657
Text	Anno MDCLVII Mense Ianuario, Febuario, Martio / Quoniam per negotiorum Academicorum multitudinem tempore Vice Rectoratus mei statis mihique assignatis diei horis publice perlegere non licuit; privatim tamen hoc trimestri horis succisus et plarumque [?] matudinis [?] iuventutem Logicam docui. / Iohanes Horneius
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 31
Zeitraum	04.03.1658–19.03.1658
Text	Anno MDCLIIIX postrid. Kalendaris Martius incoepi explicare libellum quendam Luciani de Calumnia, cuius explicationem continuavi die IV. / Lectionem die V. interceptit consistorium publicum. Perrexi itaque diebus IIX, IX, XI, XII, XV, XVI. Lectionem die XIIIX Funus academicum impedivit. A die XIX usque ad finem mensis Martii in eodem Autore progressus, omnibus diebus, lectionibus publicis destinatis, functus sum officio meo, excepto die unico, quo adversa valetudine prohibebar. / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 59
Zeitraum	31.03.1658–31.03.1658
Text	Anno MDCLIIIX / Kalendibus Aprilis perrexi in Luciani interpretatione, superiore mense inchoata, eamque postride Kalendas absolvi. Finitis dein feriis Paschatos in exitu mensis huius Aprilis auspicatus sum lectiones Graecarum Antiquitatum è diversis Autoribus Graecis depromptarum / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 60
Zeitraum	03.05.1658–18.05.1658
Text	Anno MDCLIIIX Mense Maio / In traditione Graecarum antiquitatum, adhibitis explicatisque variis Auctorum locis, progressus docui diebus III, IV, VI, VII, X, XI, XIII, XIV, XVII, XIIIX. Reliquos huius mensis dies festum Assumptionis Domini nec non Disputatio quaedam Inauguralis & denique Pentecostales feriae occuparunt. / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 61
Zeitraum	17.06.1658–29.06.1658
Text	Anno MDCLIIIX / Mense Iunio exactis feriis Pentecostes aliquot lectiones privata quorundam Philosophiae Candidatorum examina, horis pomeridianis instituta, impediverunt; quibus finitis lectiones paulo ante inchoatas, continuavi diebus XVII, XIIIX, XXI, XXII. Diem autem XXV, XXIX & XXIX publica Candidatorum examina & actus promitionis exemerunt. / Ioannes Horneius

Quelle	37 Alt 2491, Fol. 62
Zeitraum	05.07.1658–22.07.1658
Text	Anno MDCLIX/ Mense Iulio / Progressus in explicandis variis Graecorum Autorum locis antiquitates Graecas complectentibus, functus sum per omnes publicis lectionibus destinatos dies officio meo, excepto die V. quo consistorium intempestive indictum, & die XXII quo Oratio inauguralis Professoris P. Glaseri lectiones impediverunt. Etiam die IIX ob raucitatem docere non potui. / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 66
Zeitraum	02.09.1658–28.09.1658
Text	Anno MDCLIX / Mense Septembris / Continuans Lectiones illas supra indicatas docui diebus II, III, IX, X, XIII, XIV, XVII, XX, XXI, XXIV [et] XXVII. / Lectiones diebus VI & VII nundinae oppidanae, & XXIII. / Disputatio Inauguralis, die XVI dolor capitis impedivit. / Residuos huius mensis dies festum Michaëlis Archangelis occupavit. / Ioannes Horneius / [v]/ Anno MDCLIX / Mense Augusto / Praecliora Laconum instituta è Xenophonte & Plutarcho deprompta explicans docui diebus II, V, IX, X, XII, XIII, XVI, XVII, XIX, XX, XXIII, XXVI, XXX [et] XXXI / Consistoria intempestive in loco publice vis indicta, vis lectionem impedierunt, die se. III & VI. / Etiam die XXIV mutatio ViceRectoratus, & die XXVIII disputatio à Domino Calixto habita lectiones sufflamarunt. / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 65
Zeitraum	12.10.1658–29.10.1658
Text	Anno MDCLIX / Mense Octobris post ferias Michaëlis Archangeli inchoavi Homeri interpretationem die XII in eaque perrexi die XIV, XIIX, XIX, XXI, XXII, XXV, XXIIIX [et] XXIX. Festum Academicum die XV et consistorium aliquod extraordinarium die XXVI indictum, lectiones duas interceperunt. Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 63
Zeitraum	01.11.1658–13.11.1658
Text	Anno MDCLIX / Mense Novembri in Homeri interpretatione, superiore mense inchoata progressus docui diebus I, II, V, IIX, IX, XI [et] XII. / Diem IV Disputatio inauguralis medica, diem porro XV et XVI nundinae oppidanae exemerunt. Residuis huius mensis diebus lectiones impedivit auctio librorum Durrian. / Ioannes Horneius / [v]/ Anno MDCLIX / Mense Decembri perrexi in Homeri interpretatione diebus II, III, IX, X, XIV [et] XVI. Ob frigus intolerabile diebus VI et VII cessare coactus sum. / Die XIII habita est disputatio inauguralis Iuridica. ultimos huius mensis dies feriae nativitatis Domini occuparunt. / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 64
Zeitraum	31.12.1658–28.02.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Ianuario post ferias natalis Christi inchoavi

	interpretationem Orationis Basili Magni de ieiunio eamque continuavi die XXV, XXVII, XXIX [et] XXXI / Mense Februario progressus in interpretatione orationis Basili Magni docui die I, II, IV, VII, IIX, X, XI, XV, XVII, XIX, XXIV [et] XXV / Hoc mense semel aeris inclementia et dolore capitis a praelectionibus impeditus fuit / Biduo quoque exemit auctio librorum quorundum publice constituta / Mense Martio absoluta oratione 1 Basili Magni de ieiunio, alteram autoris argumentis eiusdem auspiciatus sum / Docui vero diebus I, III IV, VII, IIX, X, XI, XIV, XV, XVII et XXIV / Nundinae oppidanae biduum exemerunt / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.64; 124
Zeitraum	21.04.1659–28.06.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Aprilis finitis feriis Paschalibus perrexi in interpretatione Basili Magni eamque continuavi diebus XXI, XXII, XXV, XXVI [et] XXIX / Lectionem die XXIX. Consistorium extraordinarium impedivit / Etiam unum atque alterum huius mensis diem impendi animadversioni Prosodiae Graecae Censurae Facultatis Philosophicae submissae / Mense Maio progressus in Basili Magni interpretatione docui die VI et XIII die autem IX ob consistorium extraordinarium / die X ob Disputationem Inauguralem / die XII ob festum Adscensionis Domini cessavi / Etiam aliquot huius mensis diebus per valetudinem adversam docere non potui / Reliquos mensis dies festum Pentecostes occupavit / Mense Iunio Orationem Isocratis de pace explicare coepi, eiusque explicationem continuavi diebus VII, IX, X, XIII, XIV, XVII, XX, XXI, XXVII, XXIX / Triduo lectiones interceperunt festum Sancti Ioannis Baptistae et consistorium Extraordinarium / Die XVI cessavi ob Disputationem Inauguralem / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2492, fol.65
Zeitraum	04.07.1659–16.09.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Iulio / progressus in explicatione Orationis socialis Isocratis docui diebus IV, IIX, XIV, XV, XIX, XXI, XXII, XXV, XXVI, XXIX [et] XXIX / diem huius mensis Vtum Mutatio ViceRectoratus / diem VIIimum Disputatio inauguralis / diem VIIimum Disputatio inauguralis / diem XIimum & XIIimum nundinae oppidanae exemerunt / Mense Augusto continuans explicationem orationis Isocratis docui diebus I, II, V, IIX, IX, XV, XVI, XIX, XXII, XXIII, XXV, XXIX / Impediverunt autem Lectiones die[bus] IV & XII & XXVII disputationes inaugurales / die XXX actus promotionis / Etiam die XI propter auctionem / die XIX propter invaletudinem docere non potui / Mense Septembris progressus in explicatione Orationis Isocratis docui die I / die autem Ido Lectionem impedivit horologiorum discrepantia / Die V & VI fuere nundinae oppidanae / Perrexi itaque die IIX, IX, XII, XIII, XV, XVI / Atque ita hanc paucis ante festum Michaelis diebus absolvi orationem Isocratis eaque finita post festum illud alterius cuiusdam autoris explicationem inchoavi / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2492, fol.66
Zeitraum	01.10.1659–23.12.1659
Text	Anno 1659 / Mense Octobris / Post festum Michaelis Archangeli auspiciatus

- sum interpretationem Pluti Aristophanis / die videlicet huius mensis XIV nam diem XIII interceperat actus promotionis / Progressus in explicatione Pluti docui diebus XVII, XIX, XX, XXI, XXIV, XXV, XXVII, XXIX [et] XXXI / Semel etiam hoc mense disputavi publice de Triumphis Romanis. / Mense Novembris perrexi in explicatione Comoediae Aristophanis diebus I, III, IV, IIX, XI, XVII, XIX, XXI, XXII, XXIV, XXV / Lectionem die VII adversa valetudo / die autem X Disputatio Inauguralis / diebus autem XIV et XV Nundinae Oppidane impediverunt / Denique diebus XXIX et XXIX propter exercitium Anatomicum a praelectionibus cessandum fuit / Mense Decembris Orationem Basilii Magni in Nativitatem Christi explicare coepi die VIII / Citius enim illius interpretationem ordiri non poteram tum propter exercitium anatomicum tum propter Disputationem Inauguralem et actum promotionis in Facultate Medica / Continuavi autem explicationem Basilii Magni diebus IX, XII, XIII, XV, XVI, XIX, XX, XXII [et] XXIII ultimam hebdomadem mensis occupavit festum nativitatis Domini / Ioannes Horneius
- Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.67; 106
- Zeitraum 20.01.1660–23.03.1660
- Text Anno MDCLX / Mense Ianuario feriis peractis continuavi explicationem orationis B[a]silii Magni in Nativitat. Domini die XX, XXIII, XXIV, XXVI, XXVII [et] XXX quo die orationem hanc absolvi / Praeterea hoc ipso mense Homeri interpretationem auspicatus sum, quam licet initio privatim instituere decrevissem, postea tamen mutato consilio publicam esse malui/ In Homeri autem explicationem occupatus fui die XIIX, XXI, XXIII, XXIV XXV, XXVI, XXVII, XXIX, XXX, XXXI / Mense Februario perrexi in explicatione primi libri Iliad. diebus I, III, IV, VI, IX, X, XI, XIII, XIV, XVI, XVII, XIX, XX, XXI, XXIII, XXIV, XXVII, XXIX / die sexto lectionem impedivit consistorium publicum / Mense Martio progressus in Homeri interpretatione docui diebus I, II, IIX, XII, XIII, XV; XIX, XX, XXII, XXIII / Diem V, VI & XVI curandae valetudini impendere coactus sum / Etiam consistorium public. unam atque alteram huius mensis lectionem impedivit / Coniunxi quoque cum praelectionibus Homericis exercitium quoddam carminum Graecorum ad Homeri imitationem institutum / Ioannes Horneius
- Quelle 37 Alt 2493, fol.63, 64 (Duplette)
- Zeitraum 02.04.1660–24.06.1660
- Text Anno MDCLX / Mense Aprili progressus in interpretatione libri secundi Iliadis, docui die II, V, VI, XII, XIII, XVI / Reliquos huius mensis dies feriae Paschat. occuparunt / Cessavi autem a praelectionibus publicis die III propter disputationem inauguralem Iuridicam, die IX et X propter nundinas oppidanas / Mense Maio post Paschat. ferias et auctionem libor. D. Iordani inchaovi explicationem libri II Iliados die XVII / atque in eadem perrexi die XIX, XXI, XXII, XXIV, XXV, XXIX / Die XXIX ob preces pro frugibus factas / die XXXI ob festum adscension. Domin. cessandum fuit / Disputavi publice de festis Atheniensium / Mense Iunio progressus in Homeri explicatione docui die IV, nam die I lectionem interceptit consistorium extraordinarium / perrexi in illa explicatione die V, VII [et] IIX / Postea statim inciderunt feriae Pentecost. et festum S. Ioannis Baptist. / Reliquae lectiones post ferias illas hoc ipso mense adhuc instituendae significabuntur proxime / Ioannes Horneius

Quelle	37 Alt 2493, fol.65
Zeitraum	25.06.1660–18.09.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Iunio quibusnam ante festum S. Ioannis diebus publice docuerim schedula praecedentis trimestris lectiones designans iam tum indicavit / Postridie festi illius progressus in Homeri interpretatione docui die XXV, XXVI, XXIX, XXIX / Mense Iulio functus sum officio meo diebus III, XIII, XVI, XVII / die autem XX inchoavi publice explicare Homeri ἀοιοδοποι´αν [?] / atque in illius explicatione perrexi diebus XXIII, XXIV, XXVI, XXVII, XXX, XXXI / Die autem II festum Visitationis Mariae / die IX & X nundinae oppidanae / die XII Mutatio ViceRectoratus Lection. impediverunt / Etiam unum atque alterum diem curandae valetudini impendere coactus sum / Disputavi etiam in Metaph. de Potentia & Actu / Mense August. explicatione ´αοιοδοποιουας ad finem perducta alterius Libri Homeri interpretationem exorsus sum/ eamque continuavi diebus II, VI, VII, IX, XIII, XVII, XX, XXIII, XXIV, XXVII, XXIX, XXX, XXXI / Die autem X & XXI consistor. extraord. die XIV & XVI Disputationes inaugurales Lectiones impediverunt / Mense Septembri praelectiones Homericas continuavi die VI, VII, XI, XVII, XIX / Die autem III & IV propter nundinas oppidananas / die X propter invaletudinem / die XII, & XIV propter Disputat. inaugurales non docui / Praeter has etiam aliae disputationes inaugural. una cum feriis Autumnalibus residuum huius Mensis spacium occuparunt / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2493, fol.66
Zeitraum	16.10.1660–21.12.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Octobri / Post ferias autumnales die XVI auspicatus sum interpretationem orat. Basilii de legend. gentil. scriptis & continuavi illam diebus XII, XIX, XXIII, XXVI, XXIX, XXX / Die autem XV festum Collegii / die XXII Consistorium extraordinarium / & denique die XXV disputatio inauguralis Medica lectiones impediverunt / Mense Novembri / Perrexi in explicatione orat. Basilii Magni diebus I, II, V, VI, IIX, IX, XV, XVI, XX, XXIII, XXVI, XXVII / Die autem XII & XIII propter nundinas oppidananas / die XIX propter invaletudinem / die XXII propter disputationem inauguralem Theologicam / die XXIX propter Consistorium extraordinarium docere non potui / Mense Decembri / Progressus in explicatione Basilii Magni docui die III, IV, VI, VII, XIII, XIV, XVII, XIX, XX / Die X ob actum promotion. in Facult. Theolog. die XII & XXI propter adversam valetudinem non docui / Reliquos huius mensis dies feriae Nativit. Domini occuparunt / Ioannes Horneius
Quelle	37 Alt 2493, fol.67

Zitierhinweis

Prof. Johannes Horneius. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-112-horneius> [06.07.2026]